



§. I.

Qui Rebuspublicis afflictis consulendum sit?

Nihil confert ad Regni tutelam Magistratum vigilantia, delectus militum, numerus copiarum, exercitus potentia, frequentia tributa, opportuna rerum notitia, & sapientissima quæque consilia, si calamitatis radix humanæ prudentiæ indagine deprehendi non possit. Si naturalis duntaxat foret malorum, quibus premimur, origo, communia tollendis remedia sufficerent; si non esset, quàm malevolus inimicorum nostrorum animus, Imperii nostri potentiâ coerceretur; si sola nobis insultaret Proditorum perfidia, nostra securos nos redderet integritas. Imperium profectò tam
A
vali-